

tem secundum gradum illum, secundum quem non possit stare cum pane, si maneret: & hoc licet quantitas omnino maneat eadem, ratio autem non potest fieri manente Eucharistia, vel saltem non sit de facto, unde si possibile esset, quod calor ignis induceretur in speciebus consecratis secundum gradum repugnantiem panis, si adesset, & tamen quantitas omnino eadem, quæ prius, maneret, contumperetur Eucharistia: quia Eucharistia non consistit in sola quantitate, sed in aliis accidentibus necessario consequentibus substantiam conversas: & per consequens in inductione illius caloris impossibilitatis redire substantia de facto, ut probatum est quarta conclusione: sed hic non esset necessarium propter actionem agentis naturalis, ut dicitur in eadem conclusione: haberet enim agens naturale naturam pro subiecto, in quam posset inducere illum calorem, ut probat probatio prima: & tertie conclusionis, & tunc esset ibi quantum calidum calore igneo, & tamen non esset ignis.

Ad Argumenta. Ad primum dico, quod quantitas separata non habet aliquem modum positivum substantie, sed tantum negativum, istum, scilicet, non inesse actu subiecto: sed iste modus negativus non sufficit ad hoc, ut possit esse subiectum magis, quam prius: immo cuius potuit prius esse immediatum subiectum, ejus præsit, & esse nunc; potest tamen concedi illud argumentum, quod aliquis transformationis potest quantitas esse subiectum; sed non transformationis ad substantiam: quia ibi requiritur, quod subiectum sit principium substantie compositæ, ut materia. Ad secundum concedo, quod non requiritur novum miraculum ad actionem agentis naturalis, quandoquæ agens illud habet passum; sed quando non habet passum non potest agere, nisi per miraculum detur sibi passum: sed sicut a natura dari non potest, ita passum requisitum ad generationem non est hic, nec potest esse, vel fieri per agens naturale de aliquo, quod sit hic, & ideo oportet ad hoc, quod agens naturale possit agere hac actione, quod per miraculum reseat sibi passum proportionatum: nec tamen dico, quod quando redit de facto secundum quantum conclusionem, quod agens naturale ibi generet, sed solus Deus creat ibi substantiam compositam primo: sed si ulterior debeat sequi generatio alienius de illa substantia; potest agens naturale ibi agere ad formam substantialem, quia habet passum sibi convenientem.

Per idem patet ad tertium, quia necessario agit, quantum potest agere: non autem potest ibi agere ad formam substantialem, nisi sit ibi aliud receptibile a quantitate: ideo necessario requiritur actio divina.

Et si queratur an agens naturale ad hoc, quod substantia illa rediens actione divina sit quanta, vel qualis illa qualitate, quam inducit in quantitate, potest dici quod sic, quia cum posterius natura agat, quam Deus in reducendo substantiam, & in illo posteriori habet passum receptivum illius termini formalis, in quem potest, & per consequens potest illud passum afficere illo termino formali: Vel potest dici oppositum, scilicet, quod non; quia non potest agens crea-

tum informare subiectum aliquo accidente, nisi prius habuerit aliquid repugnans, quod tollitur per actionem agentis huiusmodi: Sed hoc est necessarium quia si hic non præcedit ordine durationis contrarium, vel privatio, non propter hoc tollitur actio agentis naturalis, quia bene potest agens naturale habere effectum sibi eorum, & in seipso, ut de propria passione consequente subiectum, vel in alio; utpote si simul crearentur: sol & aer, simul fieret aer lucidus a Sole, & tamen non præcessisset in aere oppositum luminis.

Ad quartum signatur dicit Augustinus proprios motus, id est, qui sunt virtute propria eorum; sed talis, non est, nisi qui habet subiectum convenientem, cuiusmodi non est quantitas ad susceptionem formæ substantialis: & ideo postea sola quantitate non potest substantia produci, nisi actione divina.

DISTINCTIO XIII.

Hæc est ultima pars in qua Magister determinat de causa efficiente consecrationis Eucharistie, & dividitur in duas: in principalem in qua determinat hanc conclusionem, quod a quocunque sacerdote homo, vel ritalo indifferenter potest consecrari Eucharistia: & incidentalem, que tangit de perceptione Sacramenti, huius: Secunda, ibi, (*Illud etiam sane*) & sequitur epilogus, respectu illius tractatus totius, ibi (*De hoc celesti mysterio*) & pars incidentalis ibi, quis sit dicendus hæreticus, quæ incipit & ibi, (*Ne autem ignoret*)

Circa hanc distinctionem, querio duo. Primo, utrum sola actione divina possit consecrari corpus Christi? Secundo, utrum quicumque Sacerdos profertur verba consecrationis cum intentione decretumque, & circa materiam convenientem possit consecrari Eucharistiam?

QUÆSTIO I.

Utrum sola actione divina possit consecrari Corpus Christi?

AD primum sic proceditur, & arguitur quod non; quia Auctor, ex principiorum dicit, quod omnis actio in motu fundatur; per actionem suam non fundatur in motu; ergo Deus non causat aliquid per actionem suam; ergo nec hic.

Item, ibidem, proprium est actioni ex se inferre passionem, sed hic nulla passio inferitur; ergo hic non est actio. Minor probatur, quia illa passio ferret in instanti conversionis, sicut & actio: in illo instanti non manet panis, ergo tunc non est passio in pane: sed nec tunc est passio in Corpore Christi, quia Corpus Christi tunc per istam actionem non mutatur.

Item, quod non sola actione divina; primo sic, agens naturale potest convertere totum in totum: quia primo de Generat. dicitur quod generatio est conversio totius in totum; ergo agens naturale potest

potest in totam istam conversionem, quia non videtur sibi impossibilis, nisi quia est totus in totum.

Item, natura potest formare Corpus Christi in esse naturali: ergo potest illud formare hic secundum esse, quod habet in Eucharistia. Probatio antecedens: natura formavit corpus ex sanguine Virginis. Probatio consequentia: idem esse est Corpus Christi in utero Virginis, & in Eucharistia: sed super idem esse ut terminum, potest eadem virtus: ergo &c.

Et dices, quod est idem esse, tamen ubi alio, & alio modo, & quod licet super primum modum possit natura, non tamen super secundum.

Contra, esse fuit per se terminus istius actionis, non autem ille modus; ergo eodem esse manente per se, manet idem terminus, & per consequens in illud potest eadem virtus.

Nec potest dici, quod prohibetur propter modum: quia modus non repugnat ei, cujus est modus; ergo iste modus non repugnat illi esse; ergo quod potest in illud esse secundum se, non impeditur per quemcumque modum ejus, quin possit in ipsum.

Et confirmatur iterum, quia inanis est posse in esse quam in quemcumque modum ejus. Præterea ultimo, Sacerdos habet aliquam actionem respectu consecrationis: ergo non sola actione Dei concitatur Eucharistia. Antecedens probatur: non enim requiritur intentio aliqua in aliquo respectu alicujus effectus, ad quem ipsum nullo modo est causa agens: sed intentio Sacerdotis requiritur; ergo &c.

Contra prima questio prima inter catholicam & sumitur ab Aug. lib. de corpore Domini. *Mysterium corporis, & sanguinis Domini perspicitur virtute Spiritus Sancti, & sequitur, Jesus Christus est qui lapicatus, & ita ipse est, qui per Spiritum Sanctum hanc suam essentiam carnem, & transfundit in sanguinem.* Item Greg. 1. q. 1. in tit. secularium. *Unus idemque Spiritus Sanctus in tota Ecclesia invisibiliter mysteria Corporis Christi, & operando sanctificat, & sanctificando benedicit.* Et ista duæ auctoritates ponuntur hic in littera.

Ad solutionem hujus questionis tria sunt videnda. Primum, an actione divina possit hoc Sacramentum concipi, scilicet Eucharistia: & hoc tangunt prima duo argumenta. Secundo, an actione agens creatus, ut principalis agens, & hoc tangunt duo sequentia argumenta. Tertio, an actione alicujus creati ut instrumentalis agens, & hoc tangit ultimum argumentum. De primo videtur manifeste, quod sic, loquendo de actione communiter, sicut Deus dicitur habere actionem circa creaturas, quando aliquid novum immediate facit in eis, nisi quod non est æque facile videtur, quomodo sit hic actio passiva, sicut in creatione: quia non est hic aliquid positivum absolute accipiens simpliciter esse, sed de hoc tacitum est distinctio 11. Magis ergo proprie distinguenda actionem contra relationem habet huiusmodi articulatus difficultatem.

Et dicitur, quod hoc modo accipiendi actionem, actione divina potest

potest fieri, & sic huiusmodi conversio: quod probatur sic: non minoris virtutis vel actionis est aliquid convertere in præexistens, quam in non præexistens: sed si converteretur a Deo panis in non præexistens, esset ibi simpliciter actio divina, quia illud non præexistens produceretur; quia producti non possent, nisi aliqua actione; non relatione: ergo & nunc est actio, & non tantum relatio.

Item, creatio est vera actio, sed non minus possent terminus istius conversionis accipere esse, quam terminus creationis, scilicet, si hæc conversio fieret in non præexistens quod totaliter acciperet esse per conversionem istam, ergo, &c. Major licet videatur plana, tamen probatur accipiendi actionem intrinsicam, ut dictum est, quia si creatio esset tantum relatio: ergo creare esset tantum referri, sed cum creare sit Deum velle rem esse, tunc velle divinum esset tantum relatio, vel referri, quod videtur inconveniens.

Item, Deus habet actionem proprie dictam ad intra arguit, vel magis proprie dictam ad extra, & sic in proposito. Probatio antecedens, quia si generatio non esset actio proprie dicta, ut contra relationem; sequeretur quod generatio esset tantum relationem; dissingitur, & dicitur allet tantum referri, quod est inconveniens.

Item, ad hoc idem de actione proprie dicta ad intra arguit, correlativum non est causa sui correlativi, quia sunt similia natura: sed producere est causa, vel principium producti, & constat quod formaliter per productionem: ergo productio illa non est sola relatio ad productum; quia tunc esset omnino simul cum ipso, & non prior nec haberet rationem causæ.

Ultimo arguit, & est ratio communis ad actionem ad extra, de qua sunt prima duo argumenta, & ad actionem ad intra, de qua sunt duo alia, & arguitur hec. *Met. cap. de ad aliquid.* Relatio secundi modi fundatur super actionem & passionem: sed relatio non fundatur super relationem: ergo actio non est tantum relatio. Si arguitur contra hanc opinionem quia secundum Boetium lib. de Trin. & videtur sumi ab August. 5. de Trin. c. 10. & communiter videtur accipi a Doctoribus: in divinis non manent nisi duo genera, scilicet substantia, & relatio; ergo non actio, ut distinguitur contra relationem. Dicitur quod sub relatione comprehenditur actio proprie dicta; quia respectum quod sub relatione comprehenditur actio proprie dicta; & hoc videtur posse dici aliquoties, sed non proprie relationem. Et hoc videtur posse dici aliquoties, sed non proprie relationem. Et hoc videtur posse dici aliquoties, sed non proprie relationem. Et hoc videtur posse dici aliquoties, sed non proprie relationem. Et hoc videtur posse dici aliquoties, sed non proprie relationem.

Ad hujus autem difficultatis intellectum, ut actio distinguitur contra relationem, an conveniat Deo ad intra, vel ad extra generaliter, & ex hoc specialiter in proposito, oportet videre rationem actionis, secundum quod ponitur distingui a relatione.

Actio enim non potest poni aliquid absolute, secundum quod ponitur genus unum illorum decem distinctam. Probatio, quia tunc esset nova forma, & tunc sequeretur duo inconvenientia; Unam generale,

rato, scilicet quod ad actionem esset actio, & sic in infinitum, & est ratio Attili. s. *Phys.* qua probat, quod ad actionem non potest esse motus. Qualiter autem hoc sequatur, patet, quia ad formam absolutam novam potest esse aliqua actio; quia illa forma non est a se, nec a nihilo: ergo est ab aliquo agente. Secundum inconvenientem speciem: scilicet distinguendo de subiecto, in quo poneretur: si est in agente, ergo non agit ante mutare secundum formam absolutam, quam passivum mutatur ab ipso: quia passivum non mutatur ab ipso, nisi jam habente actionem. Agens autem ad hoc, quod habeat istam actionem, cum sit forma absoluta nova, oportet quod mutetur ad ipsam. Ascenditur quod non nisi quia motus est actus entis in potentia passiva: scilicet autem antequam agit est in potentia activa, & ideo existens deus habet potentiam ad actum non est motus, nec mutatio. Contra, si actio est forma absoluta, & nova in agente, necesse est quod habeat aliquid susceptivum, quia non est per se subsistens; tunc enim dicitur formaliter agens per ipsam, sicut nec aliquid dicitur formaliter quantum per quantitatem separatam: susceptivum autem habet aliquam potentiam susceptivam, vel passivam, respectu susceptibilis: ergo advenit ante actionem esse in potentia passiva ad actionem. Et quod habet potentiam passivam, quandoque sub privatione, quandoque sub forma mutatur proprie: ergo sequitur propositum, quod agens proprie mutetur. Quod autem adducitur ibi, quod actio est actus potentie activae, verum quidem est simpliciter: sed difficile est hoc salvare secundum istam hypothesein, scilicet si ponendo quod actio sit quod absolutum in agente: non enim potest esse potentia activa vel susceptiva, quia hoc est contra rationem potentie susceptivae, vel passivae; nec potest esse ejus ut elicitive. Probo, quia non ut ab ipso, quod est proprie esse ejus, ut activa, quia tunc activum, ut activum, per formam absolutam priorum actione ista active se transmutaret ad istam actionem, & tunc esset quaelibet adhuc ulterior, suavitudo aliquid transmutare seipsum ad istam priorum actionem, & est in infinitum. Sed tenendo istam hypothesein oportet dicere, quod actio licet sit potentia activae qualitercumque tamen est actus aliquid in potentia passiva; quia hoc est universaliter verum de omni forma, quae non est separata ab omni susceptivo. Si dicatur secundum hanc hypothesein, quod sit in patiente, sequitur etiam inconveniens, scilicet quod non potest aliquid passivum pati secundum formam de genere Quantitatis, vel Qualitatis, quin simul duratione, & forte prius natura patitur secundum formam absolutam alterius generis, scilicet secundum actionem, quae ponitur esse forma absoluta alia a qualitate, & quantitate. Consequens videtur inconveniens, maxime de forma prioris & posterioris, quod non possit subiectum pati secundum formam absolutam priorum, nisi patiatur secundum formam posteriorum: cuius non est propria passio prioris, patet, quia abedo potest manere in subiecto post actionem transcurrentem. Sic ergo probata est hanc negativa, quod Actio ut ponitur generis distinctum contra alia non negans, non est forma absoluta nova, neque in agente, neque in patiente.

gentis. Nec potest poni forma absoluta, sed non nova, immo contra illi, in quo est, propter duos, ut prius. Primum est universalis; quia tunc actio esset, & non circa aliquid passivum, quod videtur esse contra rationem actionis, quia secundum auctorem lex Principiorum. Actio requirit non solum, quod agat, sed in quo agat. Principiorum haec probatur ratione, quia non univociter est actio, quando nihil agitur; & quando aliquid agitur, sed in quod nihil agitur a tempore agit, sicut quando aliquid agit, ergo non est major ratio quare illud postea sit quam modo, non enim aliquid sit: nisi quia aens agit, & per te non ita agit, sicut postea quando res accipit esse, unde breviter non videtur intelligere rationem actionis, quia ponit eam ita absolutam quod simpliciter nullum respectum habeat ad prolatum, vel passivum: immo nec agit in divinis est, quia semper per eam aliquid vel aliquis accipit esse, nec Deus semper est actio ad extra eque ante mundum, sicut in creatione mundi. Secundo etiam distinguendo ut prius, de subiecto: quia si ponatur forma absoluta, ut contra illi, in quo est, & eam hoc in agente, sequitur, quod nunquam aliquid actio incipit, vel desinit esse, nisi quando forma activa ad istam actionem incipit vel desinit: & tunc quomodo calidum est calidum, manet calidum, & per consequens quando calidum impeditur a contrario, aequo agit sicut quando non impeditur, & quando terminus actionis est inducitur in passum, semper post aequo manet actio sicut ad inducendum terminum.

Ponere autem actionem esse formam absolutam, & in passio contra vim sibi, est omnino irrationabile, quia destructo agente adhuc esset actio eadem in passio, simul etiam pateretur idem passum a contrariis actionibus, si potest successive a contrariis agentibus pati. Ex his sequitur, quod si actio est generis distinctum, ipsum ut sic, per se non dicit, nisi respectum. Viterius, si omnes res habebant unam rationem communem quodammodo respectu, non poneretur, nisi unum genus respectivum, & ita non nisi quatuor Predicamenta. Si ergo debet salvari illa famosa divisio Predicamentorum, quia secundum Avicem, s. *Metaphysic.* cogitur observare illam divisionem Predicamentorum famulosam, qua dicitur esse decem generalissima, cogitur, inquam, propter Philosophorum antiquam auctoritatem, cui non debet facile contradicere, necesse est dicere, quod respectus habeat sufficientes rationes formales: sufficientes, inquam, ad distinctionem generum. Haec autem differentia sufficientes ad istud, quae probabilibus colligitur ex dictis auctorum, est respectus extrinsecus, & intrinsecus adveniens; ut ille dicatur intrinsecus adveniens, qui necessario consequitur ambo extrema in actu posita, vel quod idem est, necessario consequitur suum fundamentum terminum non excluso, sed posito: extrinsecus autem est qui non consequitur necessario extrema etiam ambo simul in actu posita. Et tunc illa sex principia, de quibus agit Auctor sex Principiorum pro tanto non sunt species relationis, quia relatio dicit respectum intrinsecus adveniens.

notem: illa autem dicuntur respectus extrinsecus advenientes: actio ergo erit respectus extrinsecus adveniens. Sed cui? Videtur quod passio, quia 3. *Physic.* vult Philosophus, quod actio, & passio fundantur in motu; motus autem est in passio, & quod non distinguatur formaliter nisi per *esse* ab hoc, & in hoc. Sed contrarium videtur, quia in eodem est respectus & fundamentum (ratio fundamentum ut videtur hoc ostendit) sed potentia activa, que est fundamentum actionis, est in agente; ergo. Item, in eodem non sunt respectus oppositi saltem ad idem, nec universaliter necessario simul; passio autem, vel respectus passionis universaliter est in passio: non ergo necessario in eodem est respectus oppositus actioni. Item, in quocumque est forma illa, illud est simpliciter tale secundum formam illam: omnino enim irregulariter videtur, quod forma sit in aliquo, & non constituat ipsam informatum secundum ipsam: ergo si actio est formaliter in passio, passum erit formaliter agens. Dicitur ergo, quod actio est respectus extrinsecus adveniens, & in agente ut in subiecto; in forma autem que dicitur potentia activa, ut in fundamento proximo. Similiter passio dicit respectum oppositum correspondens illi, & in passio ut in subiecto, & in potentia passiva, ut in fundamento proximo. Ulterius in speciali agens creatum habet respectum ad terminum primum, sive totalem, qui dicitur productum: & ad terminum qui dicitur formaeducta, vel inducta; & ad subiectum illius forme quod est passum, vel transmutatum. Quod autem illi respectus sunt alii & alii probatur, quia sunt ad alios terminos; Probatur etiam per aliud, quia respectus correspondentes e converso sunt omnino alii & alii; respectus enim producti ad producentem est, sicut dependentis ad illud ad quod dependet, & hoc simpliciter secundum suam *esse*, sic simpliciter accipit *esse*: respectus autem transmutabilis ad transmutantem non est simpliciter dependentis secundum *esse*; transmutabile enim secundum suum *esse* simpliciter concurret cum agente, ut concepta, nec accipit simpliciter *esse* ab ipso, sed tantum accipit *esse* secundum formam; que induitur. Respectus etiam producti, & inducti, patet, quod sunt alii, etiam utique sit dependentis a producente; quia illud primo dependet, quod a primo accipit *esse*, & hoc est productum: illud secundum, vel per accidens dependet, quod secundario accipit *esse*, & hoc est educatum, vel inductum. Istorum trium respectuum ex parte agentis duo primi non sunt extrinsecus advenientes; quia vel agens non habet relationem realem ad productum, vel inductum, sicut est de Deo producente creaturam, vel aliquid in creaturis: vel si habet, necessario consequitur fundamentum posito termino. Hoc est manifestius de respectu consequente in producto, vel educato, quod scilicet non est extrinsecus adveniens, quia necessario sequitur fundamentum posite termino. Ille autem respectus qui est ad passum, est extrinsecus adveniens, quia bene possibile est actuum, & passivum esse, & etiam approximata; & tamen non habere istum respectum, quod agens sit illud a quo transmutatur, nec illud ab ipso transmutetur, ut pote, si est aliquid impediens actionem: ergo

actio

actio cum sit respectus extrinsecus adveniens, ut prius est deductum, erit habitudo agentis ad passum transmutatum. Et hoc confirmatur per Philosophum 5. *Metaphysic.* qui definit potentiam actum esse principium transmutandi aliquid, inquantum aliquid. Sicut autem potentia activa est principium transmutandi, ita actio que est actus potentie active erit transmutatio alterius, id est, passi, inquantum alteram est. Duo autem alii respectus, scilicet productionis, vel inductionis, seu educationis, & hoc five active five passive pertinet ad genus Relationis proprie dicte, quia sunt intrinsecus advenientes. Ex dictis patet equivocatio multiplex hujus nominis, *actio*. Uno enim modo dicitur de operatione, prout intellectio, vel volitio dicitur operatio; & tamen in rei veritate est qualitas ut declaratum est *lib. pr. distinct. 3.* Alio modo actio dicitur per se habitudo inquantum, vel respectum. Et quandoque accipitur hoc nomen *actio* pro respectu producentis ad productum, sicut dicitur patet esse causa agens illi. Quandoque autem pro respectu inducentis ad inductum, vel educantis ad educatum, ut calidum dicitur causa agens caloris in ligno. Quandoque etiam accipitur hoc nomen *actio* pro re acta, includendo tamen illum respectum, quem exprimit hoc, quod est ab alio, sicut in 3. *Physicorum*. Aliquando etiam pro respectu transmutantis ad transmutatum juxta illam descriptionem *lib. 6. prim. Actio est, secundum quam in illud quod subsistit, agere dicitur*. Actio secundum primam significationem est forma absoluta, & in genere Qualitatis, ut dictum est: secundum autem secundam & tertiam, est respectus intrinsecus adveniens, & sic proprie in genere Relationis; secundum vero quartam precise est genus distinctum, ut prius est probatum per Aristot. 5. *Metaphysic.*, & per distinctionem respectuum, qui non pertinent ad genus Relationis a relationibus proprie dicte, que sunt in genere Relationis: & patet per descriptionem nunc adductam: secundum quintam significationem (si tamen sit significatio hujus nominis, sicut communiter exponitur ibi Philosophus) patet, quod actio quantum ad illud connotatum pertinet ad aliquid genus absolutum, secundum quod passum transmutatur, utpote quantitate, vel qualitate & hujusmodi: & sic dicitur ibi Philosophus de actione, quod est opus, & finis hujus, scilicet activi: opus autem, & finis hujus est ipsa forma absoluta in passio, licet ut fluens loquendo de agente per motum: unde premitte ibi quod motus est actus & activus, & passivi: & ab ipso; passivi ut in ipso: ille autem motus secundum Commentatorem realiter est forma fluens: dicitur ergo actio ibi ipsum actum, sive opus, vel finis agentis, inquantum est ab ipso agente. Et quia ista duo, scilicet res acta, & esse ab, nihil unum per se constituent, si nomen *actio* in ista quinta significatione significet conceptum per se unum, non significabit ambo, sed alterum. Et rationabile est, quod principaliter formaliter significet, & connotet illud quod est materiale, ut in aliis nominibus importantibus talia diversa: & tunc non oportet quod utro ad quod genus pertinet ratione connotati: quia potest pertinere ad

tot

tor genera, ad quot forma causata in passio ab agente. Sed ille respicitur ab alio, qui formaliter imponitur per nomen actionis, in hac quinta significatione adhuc videtur a quovocato intelligi, vel scilicet ut ab ut a producente, seu inducente, vel ab, ut a transmutante: & secundum primum intellectum pertinet ad genus Relationis, sicut & ipsa productio, vel inductio passiva, ut prius est dictum; secundum intellectum ultimum pertinet ad genus Passionis, sicut & transmutatio passiva. Et si obijcias quod hoc repugnat Aristoteli in 3. *Phys.* qui vult quod formale in actione, secundum quod distinguitur a passione, sit esse ab alio: ergo illud non dicit respectum de genere Passionis. Respondeo, Aristoteli non loquitur ibi de actione secundum quod est genus distinctum contra passionem, sed de actione secundum aliam significationem nominis, illam scilicet actum, & non ut productum, nec ut inductum: cum enim præmissit de actu activi, & actu passivi: *Hoc enim actio est, scilicet a Tus actio, illud autem passio, actus passivi*, probando primam subdit, *Opus actum est finis actus huiusmodi est actus, illius autem passio*: accipit ergo ibi actionem pro opere, & sine agente: illud autem est forma actus in passio, quæ ut fluitus est motus. Ex hoc patet solutio ad quandam objectionem prius factam ex illa littera: concedens enim Aristoteli ibi actionem esse in passio, & non in agente: quia tunc agens moveretur loquimur de actione secundum hanc quintam significationem, non autem secundum quod actio est genus distinctum contra passionem; illo enim modo accipiendo actionem actione formaliter aliquid est agens, sicut relatione est relatum, & sic necesse est illud quæ esse intrinsecum illi, quod dicitur esse tale per ipsum, sicut similitudinem esse in simili. Alter potest dici, quod ab hoc potest accipi æquivoce, uno modo ut est relatio opposita ei, quod est a quo illud, & tunc debet intelligi aliquid præcedens, quod significatur per ab hoc, utpote, qui ab hoc, vel quod ab hoc, & hoc modo ab hoc non pertinet ad genus Actionis; vel magis respectus oppositus, scilicet a quo illud. Alio modo ab hoc accipitur, non ut determinat aliquid præcedens, & tunc idem cum isto respectu a quo: & hoc modo concedi potest pertinere ad genus actus; sed isto modo non est motus, qui est in passio, nisi tantummodo terminative. Et hoc sufficit ad salvandam verba Aristoteli: ibidem; vult enim, quod actio, & passio sunt idem, sicut verba ab Athenis ad Thebas, & converso: non intelligo quod intelligatur ab una via pro ipsa inquiturinde, super quam fit motus, sed pro ipso motu hinc illuc, & converso, ut patet per aliud exemplum; quod posuit de distantia hinc illuc, & illuc huc; super idem spatium; ubi vult quod illa sint eadem materialiter propter identitatem spatii, sed alia formaliter, ita hic, motus est illud; per quod dicitur agens per respectum: ab hoc, intelligendo per ab hoc, respectum a quo: in mobili etiam iudicatur & converso respectus ad agens. Et illi duo respectus habent aliquid idem materialiter, ut motus; sed formaliter sunt alii, & in aliis subjectis. Præmissi enim ibi in principio illius capituli de actione, quod operatur inesse actum utriusque;

que, scilicet motivo, & mobili; mobile enim est in ipso passio, movens autem in operari; ergo illum actum movens, quem ponit operari, vult inesse moventi. Et si obijcias quod in fine capituli dicitur, quod cui insunt hæc, scilicet actus, & passio, supple, unus est; potest dici quod alia littera habet, motus inest; vel illa littera potest sic exponi, non cui insunt ut subjecto, vel fundamentum: quia nec passio de genere passionis inest motui vel fundamentum: quia respectus iudicatur super motum ad agens, est intrinsecus adveniens, cum motus sit forma ipsi inducta, vel educata; sed cui insunt hæc, alterum terminative; scilicet actio: & alterum quasi subiective: quia concomitantur in eodem subjecto ut passio: qui tamen varie videtur ibi loqui de actione, & passione, non potest faciliter haberi certa intentio eius, nisi exponendo totum illud caput: quare tur ergo ibi, quia hic effectus nimis prolixum.

Ad propositum ergo in speciali dico, quod si qua ad divina transferuntur genera, quod est expositum in *pr. lib. distinct. 8. quæst. 3.* non transferuntur aliqua actio de genere Actionis, & hoc ad intra; ut sic quantum ad omnia intrinseca simpliciter sit illa propositio vera, scilicet quod tantum sunt ibi duo genera, scilicet relatio, & substantia. Neque etiam convenit Deo aliqua actio de genere Actionis, respectu cuiusque totaliter producti, cuius, scilicet: non præcessit aliqua pars potentialis. Et probatio communis, tam de productione ad intra, quam de productione totali ad extra (cuiusmodi est creatio) ita est, quia ubi est totalis productio, non de aliquo passio, seu potentiali, ibi deficit illud quod requiritur ad actionem proprie dictam, quæ tempore est in passum secundum Philosophum 5. *Metaphysicæ*, & Aristotem 6. princip. sed nec Patet producitur Filium de aliquo potentiali vel quasi potentiali, ut ostensum est *pr. lib. dist. 5. q. 2.* nec creat de aliquo passio transmutato. Alia communis probatio est, quia actioni correspondet passio proprie dicta, quæ scilicet est respectus extrinsecus adveniens, sicut & ipsa actio. In divinis autem ad intra nullus potest esse respectus extrinsecus adveniens, quia quilibet summe necessario oritur ex natura fundamenti, nec ibi, nec in creatione potest esse respectus passionis extrinsecus adveniens: ad quæ productum, sive extra, sive intra summe necessario refertur ut producentem. Et intra non est dubium, sed de extra proba, quia impossibile est aliquam relationem magis intrinsecæ creaturæ inesse, quam illam que est ad creatorem, tantum n, quod illa est idem realiter iudicatur, ut ostensum est *lib. 1. q. 4.* Est tamen tan ad intra, quam ad extra in totali productione actio aliqua divina, accipiendo actionem non pro aliquo de genere Actionis, sed pro aliquo correspondente illi actioni de genere Actionis; sicut in productione non est passio de genere Passionis, sed passio æquivocæ dicta, ad pr. hanc correspondentem actioni de genere Actionis. Et ista æquivocatio nominis actionis dicta est prius, cuius similis potest correspondere in nomine passionis. Unde productio activa, vel actio in divinis est tantum actio, relatio realis tamen, similiter productio passiva: extra

extra autem productio actio est relatio rationis, & e converso productio passiva relatio est realis, sicut dictum est *primo libro distinct.* 3. 10.

Sed in proposito de ista conversione nunquid ponenda est ibi actio divina? Dico, quod sic, accipiendo *actionem* pro relatione rationis: sed de actione correspondente actioni de genere Actionis magis est dubium; si enim ibi tantum convertatur substantia in substantiam, ita quod transsubstantiatum ibi sit nihil, non potest ibi salvari passio proprie dicta, nec per consequens actio. Sed si ponatur secundum aliam viam, quam supra posui, quod hæc conversio est substantie panis utriusque, in Corpore Christi ut hic, & sic fit ibi Corpus Christi passum recipiens presentiam novam, tunc potest dici quod hic est proprie passio in corpore, & ita actio correspondens proportionalis actioni de genere Actionis; nec ista repugnant Deo; potest enim Deus transmutare aliquid passum, & fieri natura potest, & ita transmutatio passiva est passio proprie, & activa est actio correspondens generi Actionis, non tantum relatio; & tunc oportet dicere, quod genus Actionis aliquo modo secundum predicationem proportionalem possit ad Deum transferri, sed non ad intra. Harum duarum sententiarum prima videtur difficilior, immo non videtur bene intelligibile, quomodo sit aliqua nova actio realis sine termino, & ad minus aliqua realis relatio nova sine forma absoluta: hic autem excepta destructione panis, cuius certus est *ad quem esse non esse panis*, prout est aliquo vetito positiva, non habet latam formam absolutam secundum omnes, in Corpore Christi; relationem realem ergo novam ad minus oportet ponere ibi, & hoc ad agens: nec videtur quod illa possit esse nova, nisi aliquid realiter sit novum in illo corpore, propter quod magis nunc dicitur terminare actionem realem Dei, quam prius.

Ad Argumenta contra istum articulum. Ad primum, cum dicitur, relatione nihil producit, productione aliquid producit: ergo relatio non est productio: hæc ratio non debet aliquem intelligentem movere: productio enim divina, qua Deus producit aliquid ad extra, non est absolutum in eo secundum omnes; qua secundum nihil absolutum in se, respicit creaturam, ergo necesse est omnes dicere illam productionem, qua dicitur Deus producere, esse productam: sed quid magis in convenientes est dicere, quod relatione producat, quam quod respectu producat? quicquid enim videtur esse contra istud, *relatione producit*, oporteret quod acciperetur ex aliquo medio communi omni respectu, prout forma absoluta in genere potest se habere ad productionem, eo modo, quo nullus respectus potest. Secundo manifestum est, quod productum magis formaliter producit productione passiva sui, quam productione activa generis, sed illa productio non est passio de genere Passionis, quia non est extrinsecus adveniens, sed maxime intrinsecus oritur ex fundamento: ergo est relatio proprie dicta: ergo creatum producit productione formaliter relatione proprie dicta. Dico ergo ad argumentum quod utraque pre-

missa est amphibologica, potest enim ablativus constructus in ratione formalis principii proximi, vel remoti: & ita multiplicitas universaliter accidit, quando aliquod ablativum constructum in ablativo cum aliquo concreto denotante respectum. Hæc enim est vera, simile est simile similitudine, intelligendo ablativum constructum in ratione forme proxime denominantis. Et similiter hæc est vera, simile est simile qualitate, intelligendo ablativum constructum in ratione principii loci malis remoti. Et hæc est vera, calidum calore calefacit, & hoc calidum calefactione calefacit, sed alio & in alio sensu.

Ad propositum, si utrobique constructus ablativus in ratione forme proxime denominantis, minor propositio est vera, & maior falsa; quia productio illa, qua formaliter producit, est relatio: & ita est syllogismus ex oppositis, sicut sit, nullus homo currit, Sortes currit; igitur Sortes non est homo. Sic nec mirum, si inferat conclusionem impossibilem, immo incompossibilem secundum artem secundum Priorum: accipiendo novam materiam negativam, prout ablativum constructum in ratione principii formalis remoti, & minorem affirmativam, prout ablativum constructum in ratione forme proxime denominantis: sic utraque est vera, sed tunc intendendo, quod productio non est relatio, fit figura dictionis, mutando rationem principii formalis proximi, in rationem principii formalis remoti, vel e converso: vel ut magis logice dicatur, commutando absolutum in respectivum; nam principium remotum respectu cuiusque denominati relative, est absolutum, principium autem proximum est respectus, & forte potest hic poni figura dictionis secundum primum modum ex simili terminatione, nec usquam apparet alibi ita eviderent, sicut in talibus patalogis, hoc enim est propter similem terminationem exultans, qua offendit similem constitutionem casuum, & in hoc decepti secundum amphibologiam, quantum ad utrumvis, apparet enim quod possit interiri, ac si in eodem casu similiter terminata similes sententiam significantur in premissis.

Ad secundum, non est inconveniens concedere creationem Dei esse relationem rationis, cum necesse sit dicere creationem creaturæ non esse passionem de genere Passionis, sed relationem proprie dictam. Et cum inferat, ergo Deum velle creaturam esse, est referri, non sequitur, creare enim significat relationem passionis, & connotat actum essentialem divinum intrinsecum; nos tantum absolute, sed ut transit super obiectum extra; Deum autem velle creaturam esse, principaliter dicit actum divinum, licet connotet transitum ejus super obiectum. Modo non sequitur, quod principaliter dicit relationem, est relatio: ergo illud quod quasi fundamentaliter connotat relationem, est relatio, unde in forma arrendi est figura dictionis, quia mutatur *ad aliquid in ad se*, sicut si argueretur sic, similem esse est referri; sed album esse est simile esse: ergo album esse est referri, nihil valet.

Ad tertium, si hæc est vera, generatio est relatio, ut ostensum est *distinct.* 27. *primo lib.* & universaliter ab absolute tenet consequentia

ad concreta, licet quandoque non e converso, nullum erit inconveniens, immo necessarium, quod generare erit referri. Sed si vis fiat in verbis, & habeatur pro inconvenienti, quod generare, vel dicere sit precise referri. Dico quod interius non est precise superius, quia est superius cum aliqua differentia addita, sicut homo non est tantum animal, sed simul rationale. Ita dico, quod generare dicit relationem, sed talem scilicet productivam per naturam, & dicitur relationem producenti per intellectum, & ideo generare non est tantum referri, sed referri relatione originis, sumata supra memoriam secundam, & dicitur referri relatione originis tantum ad usum intellectum secundum. Ad quartum, cum dicitur quod relativum non est causa sui correlativi, istud argumentum est contra omnia in opinionem nisi forte ponentem personas absolutas. Si enim omnes Catholici concedant ibi originem, concedunt etiam ibi principium omnem personam ad personam, vel oportet dicere, quod relativum sit principium sui correlativi; vel oportet dicere, quod prima persona principians sit absoluta relatione ad secundam. Est ergo responsum, quam dixi in lib. distinct. 28. quest. 3. quod licet relativa sit simul natura, prout similitas dicit non posse esse sine invicem, tamen cum hoc fiat prioritas originis, que nihil aliud dicit nisi a quo est aliud. Contra hoc, aliqua possunt habere ordinem in intellectu, que tamen non possunt habere ordinem extra intellectum; ergo que nullum ordinem habere possunt extra intellectum, omnino nullum ordinem habere possunt extra intellectum, sed relativa sunt simul in intellectu; ergo &c. Item, quod est simul, ut est simul, ut est prius: sed prius origine, ut est prius origine, est simul cum posteriori, ut est posterior, quis sic fiat per se relativa, ergo prius origine non est prius. Et idem argumentum potest fieri de prioritate, & posterioritate natura.

Ad primum dico, quod esse simul in intellectu, potest intelligi dupliciter: vel quod illa similitas determinet actum intelligendi, ut transit super objecta, vel quod determinet ipsa objecta, que intelliguntur. Vel aliter, & recte in idem, similitas potest dicere modum objectorum, ut intelliguntur, sive ut comparantur ad actum intelligendi, vel modum ipsorum secundum se. Primo modo major est falsa, scilicet, que sunt simul in intellectu, nullum ordinem habent extra intellectum; quia quantumcumque illa oporteat cointelligi, non propter hoc tollitur aliquid, quod convenit eis secundum se, & secundum ordinem. Respondeo, proprie rationes eorum habent quandam ordinem, & tamen ipsa ut habentia ordinem, habent etiam similitudinem, scilicet per comparationem ad actum intelligendi. Ad secundum, propositio illa major, que sunt simul ut sunt simul, non habent ordinem, vera est, si ly ut dicat similitudinem, & in modo similitudinis, & cum hoc in modo ordinis, & in modo inhzrendi ipsius similitudinis, & ordinis: intelligo sic, quod sicut accipitur modus similitudinis secundum naturam, & secundum originem, ita accipitur pro-

proportionaliter idem modus prioritatis & posterioritatis: cum hoc etiam quod sicut similitas predicatur de illis, ita ordo negatur de eis, scilicet quod si accipitur ibi similitas ut denominative inhzrens eis, & per hoc non negatur ordo inesse eis per se primo modo, sed negatur eis inesse denominative, & de modo inhzrendi accidentaliter, seu denominative. Itaque conclusio uniformiter, quod non sunt ordinata tali ordine, & hoc ut denominata a tali ordine, unde & hoc est vera, prius ut prius, prius est posteriori, intelligendo de predicazione per se primo modo, & hoc, prius ut prius est simul cum posteriori intelligendo, de predicazione per se secundo modo. Nec in talibus intentionibus generalibus est inconveniens unum oppositum predicari essentialiter de alio, & reliquum oppositum de eodem denominative, intelligendo oppositum, quod secundum sui conceptus rationem esset oppositum: sed non salvatur omnino oppositiois ratio, ubi est difformis modus predicacionis.

Exemplum huius, potentia est potentis per se primo modo, & potentia est in actu actualitate sui correspondentis, que potentia quando est extra suam causam, non est in potentia ad suum esse: magis patet idem in intentionibus logicalibus, quia hoc est vera, singulare est singulare per se primo modo, & hoc singulare est universale predicacione denominativa: & in intentionibus grammaticis masculinum est masculinum, hoc est vera per se primo modo, hoc autem, masculinum est neutrum, vera est denominative, vel denominative predicacione. Ad quintum principale de 5. Act. potest dici uno modo sic, quod nullus relatio secundi modi fundatur super actionem, & passionem, ut dicitur est lib. 2. distinct. 27. sed tantum super potentiam activam, & passivam, quia illas relationes, que videntur fundari super actionem, & passionem, non insunt, quando actio, & passio est, insunt etiam quando actio & passio non sunt, hoc patet, quando enim illa in creaturis generat, tunc non est pater, licet postea quando proles formata est, sicut illa proles incipit esse filius, ita incipit, qui genuit, esse pater: tamen tunc non est aliqua ejus actio. Possent enim tunc, vel non esse, vel non omnino agere aliqua actione nova prater illam primam. Relatio autem non potest esse, nisi dum est fundamentum: & si sit fundamentum completum, & hoc ex utraque parte, simul erit & relatio: actiones ergo illa possunt habere se tantum ad relationes, sicut previa dispositiones ad tales relationes. Salvatur ergo dictum Philosophi ibi, quod relationes de secundo modo dicuntur secundum potentiam activam, & passivam, ut secundum fundamenta, & dicuntur secundum actiones potentiarum, & secundum dispositiones previas ad illas relationes. Alio modo potest dici, quod Philosophus, loquitur ibi de actione secundum secundam significationem nominis, prout importat habitudinem producentis ad productum, & actio secundum hanc significationem potest dici, aliquid de genere Relativorum, ut dicitur est supra, Et tunc

illud secundum potentiam activam, & passivam debet exponi, ut prius, scilicet ut secundum fundamentum; illud autem quod sequitur, & *actiones potentiarum*, debet intelligi secundum actiones formaliter, sicut secundum similitudinem est simile, & ad sicut in intellectu aliquid illius litera manifeste consonat, ait enim, *sicut pater filius, pater, hic quidem fecit, illius autem passum est*, hoc est produxit, passum est, id est productum. Et ubi obicitur, quod exemplificat calefactivum ad calefactibile, & iterum calefactens ad illud quod calefit, & fecans ad illud, quod fecatur, tanquam agentia.

Respondet, exponit quomodo intelligi illa verba statim dicens, *Secundum tempora iam dicuntur ad aliquid ut quod fecit ad factum & futurum ad sciendum*. Hic enim semper agens est producens, & actum est productum: & ita debet intelligi cal factivum pro productivo totius calidi, eo modo quo in septimo dicit totum compositum generari; & hoc in generationibus per accides, sicut in generatione substantie: & calefactibile accipit pro toto illo possibili producti, non autem pro passivo, ut est possibile transmutari; & ita calefactens pro productante totum calidum, & illud quod calefit pro toto composito terminante productionem, non autem pro subiecto transmutato ad calorem; & ita de illo quod fecatur ad fecans.

Tertio modo potest dici quod Philosophus, non tantum ponit ibi species relationis; sed etiam modos, secundum quos aliqua dicuntur ad aliquid; sicut *secundum modum qualitatis*, non tantum ponit species Qualitatis, sed modos; unde dicitur *quale dicitur uno modo differentia substantie; non tamen differentia substantialis pertinet pro se ad genus Qualitatis*; ita hic in secundo modo relativitatum ponit ibi illa, secundum quae aliquid dicitur ad aliud, non ut secundum relationem formaliter, sed ut secundum respectum aliquem extrinsecus advenientem, habentem similitudinem cum illo modo: & tunc exponitur litera, activa & passiva secundum potentiam activam, & passivam dicuntur sed aliquid, ut secundum fundamenta relatio non proprie dicitur. Quod sequitur, *Quod sequitur, & actiones potentiarum*, exponitur, scilicet de actionibus de genere Actionis, quod secundum eas formaliter dicuntur activa ad passiva, & e converso, non quidem secundum relationes proprie de genere Relationis, sed secundum quosdam respectus pertinentes ad secundum modum relativorum; licet non ad genus Relationis, habentes tamen modum similem quibusdam speciebus relationis; ut sic illa pertineant ad unum modum relativitatum, non autem ad aliquam speciem Relationis.

Contra ea que dicta sunt de actione Deo ad intra, & actione totali ad extra, arguo primo sic: Cuius est potentia, ejus est actus, *de summo, & vigilia in principio*: sed in Deo est vera potentia activa; ergo et vere convenit agere. Item dum creatura est, semper refertur ad Deum: sed non semper refertur ad Deum per creationem passionem: quia creatio passio non est nisi in instanti primo, quando creatur, sicut nec creatio actio Dei est, nisi tunc; ergo aliqua rela-

tione

tione alia, quam illa creatione refertur: ergo licet illa alia qua necessario semper refertur, non sit de genere Passivis; tamen illa creatio passio potest esse de genere Passivis, quia contingenter abest creatura post primum instanti.

Item, creatio videtur esse productio realis; sed Dei ad creaturam non est relatio realis; ergo creatio non est relatio. Ad primum dico, quod sicut hoc nomen *actio* æquivocatur, ut supra dictum est, ita hoc nomen *potentia activa*: non solum enim dicitur de potentia transmutativa, sed etiam de potentia productiva; & quidem Deus habet potentiam activam utroque modo, & sic potest convenire ibi actio utroque modo, & sic una actio non erit alia.

Ad secundum videtur posse dici ad oppositum, quia sic creatio passio non semper manet; tamen semper manet illa habitudo, quam creatura habet ad Deum, ut ad causam efficiendam, dum creatura manet; ergo illa habitudo non est creatio passio de genere passivis.

Respondet ergo, quod creatura ad Deum, ut ad causam efficientem non est nisi una relatio, & eorum fundamentum, immo eadem fundamentum, ut patet *2. lib. distincti. 1.* & alia potest dici creatio passiva, vel si hoc nomen *creatio* importat novitatem, sive ordinem ad non esse præcedens, tunc oportet ut alio nomine non importante novitatem; quia illa novitas non est eorum nec relatio ad Deum, nec fundamentum, & de hoc est dictum *2. lib. ubi supra*. Ad tertium responsum est *1. lib. distincti, 30.* quomodo Deus realiter est Dominus, & tamen non relatione reali dominii.

De secundo articulo videtur quod illa conversio posse competere alicui creati, ut agenti principali, ejus est ratio, quia actio competens Deo per principium agendi non formaliter infinitum, potest competere creature: quia sibi non repugnat actio, ejus principium sufficiens est aliquod finitum, vel non infinitum; sed Deus producti creati tam per voluntatem, quæ non est formaliter infinita; ergo &c. Probatio minoris: si enim voluntas Dei esset formaliter infinita, includeret formaliter omnem perfectionem intrinsicam Deo, quia infinito nulla potest fieri additio, & tunc voluntas esset pelagus infinite substantiæ; quod non est verum, quia hoc est proprium ipsi essentia secundum Damasc. c. 9. *Qui est visus me, &c. Totum enim in se comprehendens, habet esse velut substantia quiddam infinitum pelagus & interminatum*, & ideo præmittit ibi quod videtur esse principalis non omnium, quæ de Deo dicuntur *qui est*.

Confirmatur, quia voluntas non includit formaliter in se relationes: sine illis autem non haberet totalis perfectio divina intrinseca: ergo nec infinitas.

Item, agens naturale potest illas species alterare, & tandem ex eis substantiam generare, ut patet in mixtione aquæ multæ ad species vini, & nutritione, & aliis generationibus; quæ sunt ex illis speciebus; ergo potest virtus creati convertere totaliter illas in aliquam substantiam prius non existentem, & per consequens totaliter con-

vertere in substantiam præexistentem, quia non major requiritur virtus hic, quam ibi.

Deo tamen quod creatura non potest in istam conversionem ut agens principali. Ratio est quia in eam non potest nisi agens, cuius virtuti alicui totaliter lubet esse & non esse utriusque eadem. Patet ex solutione prima, & secunda *quest. xi. distin.* Sed nullum, et eadem est huiusmodi, quia quodlibet præsupponit aliquam partem ipsius termini a quo, & ad quem, ut ostensum est prima *quæstione lxxvi. quart.*

Ad aliud. quod dicitur de volente, dico quod major est probabilis, scilicet quod principium volente finitum vel non repugnat creatura, & ita nec actio in quam potest per se sufficienter tale principium. Et ex hoc sequitur, quod volens ut est principium creaturæ sit formaliter infinita. Nego ergo minorem, scilicet, quod non sit infinita. Ratio tertia est *lib. distin.* 10. & 13. Apparet hoc, & breviter, quia Deus est simpliciter beatus in operativibus intellectibus, & voluntarius suus: non est autem simpliciter beatus in essentia, ut est infinita, nisi eam comprehendat; & sicut intellectus comprehendit videndo, ita voluntas suo modo oportet quod comprehendat amando, ad hoc quod sit perfecte beata: & per consequens ut aique potentia, & uterque actus utriusque potentia circa essentiam divinam, ut perfecte se beatificat, erit infinitum.

Ad probationem ergo illius minoris, dico quod in divinis potest intelligi quia infinitas extensiva, si intelligeretur, quasi infinita multitudo perfectionum; alio modo infinitas intensiva alicujus perfectionis simpliciter, ita quod illa perfectio secundum propriam rationem suam sit sine limite, & tunc in 10. & hoc secundo modo adhuc aliquid potest habere infinitatem non tantum formalem, sed etiam fundamentalem: aliquid autem formalem intensivam, licet non fundamentalem.

Dico ergo, quod nihil unius rationis formalis est infinitum primo modo, in modo forte, nec absolute in Deo est talis finitas; forte enim sicut personæ sunt finitæ, loquendo de illa finitate & infinitate, ita & perfectiones simpliciter sunt finitæ numero, seu sua multitudine, & relatione, & notionem, & hæc & illa simul finitæ sunt finitæ, sed infinitas intensiva formalis & fundamentalis simul est in essentia divina, ut essentia est; & pro tanto a Damasceno vocatur, pelagus formalis autem tantum, non fundamentalis est in qualibet alia perfectione simpliciter: quodlibet enim habet suam perfectionem totalem ad infinitate essentia, tanquam a radice, & fundamento. Infinitas autem neque formalis, neque fundamentalis est in relationibus quibuscumque indivinis, ut ostensum est in *1. lib. distin.* 7. 13. quia patri melius est non habere filiationem, quam habere; perfectio autem simpliciter est illud, quod melius est quodlibet habere, quam non habere. Apparet tunc responsio, quod licet voluntas sit formaliter infinita, tamen non includit in se formaliter omnes perfectiones intrinsecas, quia nec essentia, nec aliquid aliud includit sic eas om-

nes; sed nec includit fundamentaliter omnes; sed sola essentia se includit omnes, ideo dicitur pelagus ut; voluntas tamen per identitatem includit quamlibet perfectionem simpliciter, & quamlibet relationem.

Confirmatio illa de relationibus parum valet, quia quantumcumque non includeretur illæ, adhuc pelagus ratio infinitatis salvari, illo modo intelligendo, quod illæ nihil addunt, propter quod sit infinitas: sit enim eis circumscriptis non minus haberet in aliquo infinitas; & illæ additæ non sunt formaliter infinitas; & finitum vel non infinitum additum alicui finitum non facit infinitum, sequitur propositum.

Dico ergo; quod licet voluntas non includat formaliter relationes, tamen potest esse formaliter infinita. Et si objecis, non includit totaliter perfectionem divinam.

Dico, etiam non totaliter extensiva, tamen totaliter intensivo secundum unam perfectionem formaliter: sed omnes alias perfectiones & relationes non formaliter, sed identice: & de illis sæpe dictum est: *lib. distin.* 8. (a)

Ad secundum patet ex præcedenti *distin.* ex quatuor ultimis quæstionibus, ex quarum prima, patet quomodo istis accidentibus convenit agere; & tribus aliis, quomodo eis conveniat pati, & corrumpi. Breviter ergo negandum est ab agente creato posse istas converti in substantiam aliquam totaliter novam neque in mixtionem neque in mutationem, seu quacunque istarum specierum corruptione, ut patet ibi: sed aliquid nova substantia succedit eis corruptis sed non actiæ agentis creati, sed Dei immediate reductis.

De tertio articulo videretur, quod hæc conversio competere potest creature, ut agenti instrumentaliter. Primo, quia accidens potest esse instrumentaliter agens ad generationem substantiæ: ergo a simili in proposito. Antecedens probatur tertium fit, quando aliqua sunt essentialiter ordinata, plus distat terminata a primo, quam secundum, sed in creatura sunt essentialiter ordinata, essentia esse & potentia: ergo plus distat potentia ab essentia, quam esse: sed esse distat realiter ab essentia & potentia; ergo & per consequens aulica forma substantialis potest esse immediatum principium agendi. Secundo probatur idem antecedens: Quandocumque sunt duo actus, quorum neuter includit alium, non reductur in idem principium, ut habetur a Philosopho *3. de Anim.* qui vult: quod potentia distinguitur per actus, (b) sicut actus per obiecta: sed perficere materiam; & abstinere a materia sunt duo actus in anima, & non includentes se quod probatur; quia uterque potest esse sine alio, prius sine secundo, ut in puero, & dormiente; secundus est mater sine primo, ut in anima separata: sed actus prior, scilicet dare esse materiam competit essentia, ut proximo principio territoriali; ergo ille alius actus non convenit essentia, & tunc a simili de aliis substantialibus formis res-

a D. Tb. 11. *parsum.* q. 7. ar. 6. pa. *solu. princ.*
b D. *Ibid.* ar. 6. in *solu. princ.*

pedu actionem, quæ videtur ei competere. Si obijciat contra ista; primo quia quodcumque absolutum potest separari a quodcumque absoluto, quia non apparet contradictio in hoc: ergo si intellectus sit quid absolutum aliud ab anima, potest ab ea separari, & ita separatus poterit intelligere, & beneficiari, quod videtur inconveniens. Secundo, quia substantia sive quidditas substantiæ est subiectum motuum intellectus: est ergo principium immediatum operandi in intellectum. Ad primum dicunt, negando primam propositionem, ponendo exemplum de subiecto & passione. Ad secundum, quod illa actio est intentionalis, non realis. Contra primum, quia sic habetur propositum; quia si subiectum non potest separari a passione, hoc est propter aliquam necessitatem in subiecto respectu passionis: hæc autem necessitas reducitur ad aliquam causalitatem, non causæ materialis, cum illa sit contradictionis: ergo causæ efficientis, & sic substantia erit causæ efficiens alienius passionis, nisi procedatur in infinitum, dando passionem ante passionem.

Secundo habetur propositum, quia instantia postea contra majorem, confirmat majorem: quia omnia causalitatem causæ extrinsecæ potest Deus supplet: ista causalitas subiecti respectu passionis, propter quam est necessitas, erit causalitas causæ extrinsecæ: ergo &c.

Quando autem confirmat istam responsionem per hoc, quod in definitionem passionis cadit subiectum, nihil valet: quia sic nullum accidens possit a subiecto separari, nam secundum Philosophum ibi in 7. Met. in ratione cuiuscumque accidentis, necesse est rationem substantiæ esse. Hæc etiam instantia de subiecto & passione aliter improbat, quia sequetur quod substantia panis non potest esse sine quantitate: nec e converso: quicquid enim per se, & primo inest superiori per se, licet non primo, inest inferiori, exemplum, de triangulo, & Holchele, de eo quod est habere tres res: continuum esse per se & primo inest substantiæ corporeæ: per se, sed non primo inest panis, & per consequens non poterit panis manere sine continuitate eadem nec continuata eadem sine pane: quia accedens non migrat a subiecto in subiectum, & ita non potest quantitas in Eucharia manere sine substantia panis, quod ipsi negat, & communis schola.

Contra conclusionem istius opinionis licet et quod forma substantialis non potest secundum eos esse principium immediatum agendi, argutum est supra dist. 1. quest. 1. & sic nunc sufficit breviter replicare, quia illud est principium agendi, in quo producens assimilatur sibi passum, vel melius non assimilatur sibi productum in forma perfectiori forma producens; assimilatur autem sibi productum in forma substantiali: ergo &c.

Secundo fit, quia instrumentum secundum eos non agit, nisi ut movens motum: ergo immediate movetur a principali agente ad hoc, ut moveat: & per consequens ad hoc, ut accidens agat ut instrumentum substantiæ, immediate movetur a substantia.

Sed hoc non valet secundum ea que mihi videntur vera de ordine naturæ: quia non credo semper causam secundam, quæ vocatur qua-

quandoque instrumentum, recipere motionem specialem causa prima, sed tantum habere subordinationem aliquam formæ sive activæ ad formam activam alterius, per quam subordinationem causa prior evenit in actu in suo ordine causandi, & sic secunda dicitur movere motum, non quia recipiat motionem a prima, per quam moveat, sed quia in motione ista dependet ab illa prius naturaliter actu movere. Responsio ad secundam instantiam, scilicet de quidditate substantiæ movente intellectum, non valet, quia etsi substantia ibi habeat esse intentionale tamen ipsa intellectus est forma realis: ergo respectu ejus oportet dare aliquid principium activum reale, & ut reale. Neque valet negare ad phantasma: quia secundum eorum essentia Angeli movet intellectum Angeli ad propriam intellectionem Angeli, & ibi nullum potest fingi phantasma. Ad argumenta pro ista instantia, quæ est ad causalitatem instrumentali accidentis respectu substantiæ.

Ad primum dico de illo ordine essentie, esse, & potentia, quod simpliciter falsum est, quod esse fit aliud ab essentia: & hoc probaturum est per dicta eorum, quia impossibile est genitum ut genitum per se habere unum esse, si esse fit aliud ab essentia, genitum autem ut genitum, si esse sit talis ordo, quem sicut esse & potentia, in eodem dico quod potest præcedere ipsum esse, quia in quocumque instanti nature vel durationis essentia habetur perfecta, in eorum habetur perfectum principium operandi operationes convenientes potentia, & per consequens perfecta potentia: & ita si esse fit aliud ab essentia, potentia præcedit ipsum esse. Ad secundum dico, quod major probatio est universaliter falsa de actu primo, & secundo, quia sic probatur, quod nihil est principium activum in creaturis; nam formam oportet dare actum ipsi quod informat, & si est activum, oportet quod respiciat illud, in quod causat actum secundum; ista autem sunt disparata, quia sine contradictione unum potest separari ab alio. Respondens ergo, quod illa major nec est vera de actibus ordinatis primo & secundo; sed universaliter falsa, quia forma duas actum secundum dat etiam actum primum, & intelligere, & sic applicatur ad propositum de animæ, & intelligere, & ideo ad propositum nihil valet ista major: Sicut autem est vera de actibus secundis, & disparatis, & principio activo limitato, sic debet intelligi Philosophus secundum de Anima (a) ubi adducitur, nihil est ad propositum, quia animare & intelligere non sunt tales duas actus. Alia instantia principalis ad istum tertium articulum est talis, possibile est creaturam in virtute Dei causare aliquam cognitionem propriam de Deo: ergo multo magis possibile est accidens in virtute substantiæ causare substantiam. Antecedens probatur, quia possibile est aliquam cognitionem propriam habere de Deo, & non nisi per creaturam: quia nihil aliud movet intellectum viatoris. Responsio est duplex: Prima, quia cognitio Dei est accidens, & per consequens non excipitur eorum generis accidentis, movens intellectum: eodem modo, si

loquatur de cognitione substantiæ creatæ, & accidente. Possibile est ergo accidens causare cognitionem substantiæ creatæ, vel intellectus, & bique, hoc, quod causet aliquid nobilitatis perfectionis in propria; sed non sic, si causet substantiam; quia qualiter est simpliciter perfectior quocumque accidente.

Alia responsio, & quasi ter in idem, quia obiectum in cognitione habe esse diminutum, & per consequens substantia, ut cognita, vel Deus ut cognitus habet esse diminutum in cognoscentes substantia autem ut in se habet esse simpliciter, & perfectius: licet ergo accidens possit esse principium produciendi substantiam in esse diminuto, id est in esse cognito, vel creatura Deus in tali esse diminuto, id est in esse cognito; ergo arguendo a simili non sequitur, quod accidens possit esse principium produciendi substantiam in esse simpliciter quomodocumque, nec ut instrumentum, nec ut agens principale. Quantum ergo ad istum articulum: sicut prius dictum est; instrumentum potest multipliciter intelligi, sed ad propositum agens dispositivum dicitur instrumentum. Et sic minister habens actionem propriam hunc aut præviam actioni divinæ, tanquam dispositionem necessariam; non simpliciter, sed ex ordinatione Dei pacificus cum Ecclesia, quod ad talem actum ministri facit talem actum, sibi proprium, est instrumentum Dei in illa conversione: & ista responsio est universalis in omnibus Sacramentis, in quibus minister requiritur: quia ipse minister est agens quoddam dispositivum, actio autem est actio instrumentalis respectu actionis principalis agentis ex modo aliquo, quod factio est ad formam sanctam, quia ad illam seculiter regulariter illa forma ex ordine agentis principalis. Sic in proposito prolatio verborum potest dici actio instrumentalis respectu conversionis, seu consecrationis corporis Christi, quia ad illam prolationem sequitur regulariter illa conversio, vel consecratio. Et sic actio est aliquid creaturæ, ut agens instrumentaliter conficit corpus Christi, non quidem ut stringentis terminum, sicut aliqua instrumenta habent actionem instrumentalem attingentem terminum, ut dicit in esse; sed eo modo, quo agens prævium dicitur agere instrumentally ad formam principalem, quam non attingit, & actio ejus dicitur instrumentalis, quia dispositiva & prævia.

Ad rationes principales, primas duas concedo, quia probant quod in illa conversione actio divina non sit actio de genere Actionis, nisi teneatur illa opinio dicta supra, quod corpus non succedit pani, nisi ut c. Et si istud teneatur, tunc ad illas rationes, Ad primam sic, quod cum dicitur actio in motu firmata, vel fundatur: ibi accipitur motus indifferenter ad motum proprie dictum & mutationem. Et indifferenter subjective, vel fundamentaliter, vel concomitanter: & eodem modo illa actio fundatur in mutatione Corporis Christi succedenti sic suo non esse hic. Ad secundam concedo quod hic est passio ten. modo illam viam: illa autem est in corpore quod fit de non præsentem hic, præfens hic. Ad tertiam rationem patet supra *dist. 12. quomodo*

modo generatio est conversio totius in totum: sed non tota conversio, qualis est illa. Ad quartam non sequitur, nisi a potest esse principium istius esse sub uno modo convenire tibi; ergo sub modo non convenire tibi, sed repugnare tibi, quantum est ex parte sui. Et cum dicitur quod idem est esse: ex hoc sequitur, quod idem potest esse principium ipsius esse; quod concedo, sed non sequitur; ergo ipsius esse sub hoc modo potest esse principium, quod est principium ejus sub modo illo. Et quando probatur, quia motus istius esse non repugnat ipsi esse, dico quod licet repugnet in comparatione ad talem causam, ita licet quod causa non potest causare esse illa sub isto modo, licet potest causare esse absolute vel sub alio modo. Et quando additur ultimum, quod motus non excedit in perfectione illud, cuius est motus. Dico quod aliquid imperfectum potest esse, & tamen in actu tibi deservit potest non subesse causalitatem illius qui subest illud, quod est perfectius sub alio modo conveniente. Ad ultimum dico, pro dispositivo, bene requirit intentionem propriam in illo agente, sive sit naturale, ut in calore alterante, bene est intentio propria, licet sit agens instrumentale respectu ignis generandi, hoc est dispositivum ad illud, sive agens per intellectum: quia ibi instrumentum requirit determinatam actionem humanam, que ordinatur ad actionem principalis agentis, & talis universaliter est actus ministeri in dispensatione Sacramentorum.

QUÆSTIO II.

Utrum quilibet Sacerdos præferens verba consecrationis cum intentione debita circa materiam convenientem possit consecrare Eucharistiam?

Ad secundam sic proceditur. Arguo quod non quilibet Sacerdos potest consecrare Eucharistiam, per illud 1. q. 1. *Multis sacularium, ubi adducitur illud Malach. 2. Maledicam benedictionibus vestris, & exponitur uno modo, Maledicam quidquid a vobis benedicitur, & fit illa commotio mali Sacerdotibus: ergo quidquid ab eis benedicitur, a Deo maledicitur, & per consequens nihil simpliciter per ministerium eorum benedicitur. Item ibidem 1. q. 1. Quod quidem, si opponitur, *Suspensio, vel deprivatio Sacerdotis, nulla ei relinquatur potestas: ergo & c. Item, virtus Missæ in Sacramento Eucharistie principaliter consistit: ergo si malus Sacerdos potest consecrare sicut bonus, æque valetet missa mali sicut boni, & e converso. Item, laicus potest iurare Eucharistiam; sed sanctorum est finis consecrationis, & per consequens est simpliciter melius, & nobilitius: ergo æque vel magis potest laicus consecrare; non ergo solus Sacerdos. Item, beatus Laurentius sanguinem dispensavit, ut patet ex verbis ejus ad Sixtum: *Cui commisit & c.* & hoc probatur per illud distincti. 93. Diaconi sunt præsentem presbytero, *Diaconus Eucharistiam corporis Christi, si necessitas cogit, sibi non creget. Con-***

tra 1. qu. 1. quod quidam. *Nulla causa obstitit, cur ille qui Baptisum non potest amittere, jam amittere possit Baptizatus; ergo a simili qui ordinem Sacerdotalem amittere non potest, nec sua conficiendi amittere potest: sed nullus Sacerdos potest amittere potestatem sacerdotalem: quia character est indelebilis: ergo &c. Item, idem. 8. de his, *Sacramentorum invariabilitatem in peccatis hominum sive qui intus sunt, sive qui foris constat impollutam acque invariabilem permanere: ergo quicumque Sacerdos quantumcumque malus potest habere sanctitatem Sacramentorum eade in eum bono. Quod etiam solus Sacerdos potest tam consecrare, quam dispensare, probatur sic per illud dist. 93. *Non oportet Diaconi panem dare id est Corpus Domini secundum glossam.***

Ad Questionem dico, quod conficere Eucharistiam, ut in principali causa, nulli potest competere, nisi soli Deo: patet ex quest. precedente, licet ut causa instrumentalis, vel ut magis propria dicam, ut minister potest competere alicui homini: quia sic Deus ordinavit, quod in quibuscumque Sacramentis minister potest esse homo: sic ergo loquendo de conficente, dico quod ministrum potest conficere potest intelligi dupliciter. Uno modo absolute, ita scilicet, quod si attendit facere, facit quod intendit. Alio modo de posse ordinare facere, & hoc distinctio generalis est in omnibus Sacramentis, quia plus requirit ordinare ministrare in eis, quam simpliciter ministrare. Loquendo de posse simpliciter: nihil requirit ultra materiam debitam de qua dictum est in *fin. dist. 11.* nisi minister debitus, ad quem requirebantur tres conditiones, scilicet. Quod sit Sacerdos. Quod possit proficere verba consecrationis. Et quod possit habere intentionem debitam faciendi, scilicet: quod intendit. Et cetera facere: secunda condicio, & tertia sunt communes hinc: si ministrante alia Sacra veniat propter defectum secundum non potest mutas conficere: propter defectum tertia carens usurrationis non potest conficere. Et eodem modo de baptizando & conferendo quacumque alia Sacramenta: sed potentia condito est hic propria, scilicet quod solus Sacerdos potest, & quilibet potest, cui possunt competere illae duae conditiones, scilicet proficatio, & intentio. Quod solus probatur per illud *extra de sum. Trin. c. 1. Cathol.* ubi dicitur. *Hic Sacramentum nemo potest conficere nisi Sacerdos, qui rite fuerit ordinatus secundum claves Ecclesie.*

Sed unde accipit Ecclesia fundamentum istius sententiae? Respondet ex illo verbo Christi *Mat. 26. Haec quicumque feceritis, &c. ubi loquitur Apostolus, vel ad minus non nisi Discipulis, quibus in Ecclesia ad minus non succedant nisi Sacerdotes: Apostolis succedunt Episcopi, Discipulis, Presbyteri, ut habetur *dist. 21. in novo testamento.* Habetur idem etiam ex illa sententia Pauli prima ad Cor. 1. 10. *Panis quem frangimus, novum communicatio corporis Domini est?* quem frangi uti nos, inquit, scilicet Apostoli, & Discipuli ejus. Si enim quilibet fidelis possit conficere, non oporteret alique in aliam aliam frangere, sed quilibet posset de suo sacrificio communicare.*

Secunda parte, scilicet, quod omnis Sacerdos potens proficere verba cum intentione possit conficere, patet per auctoritates additas ad oppositum. Nec obstat si intelletur de degradato, quia sic non Sacerdos. Si enim hoc verum est, non est iniuncta illi de aliquo Sacerdote. Dicitur tamen non esse verum: quia character non potest aliter deprimi deletere: nec conceditur, quod si quis potest aliquid ministerialiter conferre, quod sic potest ministerialiter conferre: quia Deus non est inquit ministrum in amissione sicut in collatione, & tunc illa regula: *Facilius est destrui quam construere*, non conceditur de ministerialiter agente in Sacramentis, pro quo ad huc potest illud Pauli secunda Cor. cap. ult. *Non debet nobis Deus potestatem in destructionem, sed in edificationem.* Si etiam obijerit de degradato, quod non mineat Sacerdos, quia spoliatur privilegio clericali, & traditur curiae seculari. Respondet, non est esse tale ordinis habere illud privilegium in concomitantibus, quod satis periclitaretur, quia illud privilegium non videtur concessum ab Imperatore Constantino; ordo non. Aliquando etiam Sacerdos erat sine tali privilegio, scilicet ante confessionem, hoc tamen potest esse unum brozardicum Iuristi; quia illud privilegium consistit in hoc quod non possit iudicari in causa sanguinis, nisi a iudice Ecclesiastico, vel quasi in causa sanguinis. Sed si Papa exiit aliquid privilegium Ecclesiastico communitur eum Curia seculari, iudex secularis est minister vel executor iudicis Ecclesiastici, nullus autem alius a iudice Ecclesiastico potest esse committitur iudici seculari: ergo non est possibile, quod committatur sibi nisi sicut ministro iudicis Ecclesiastici, & per consequens non spoliatur privilegio, quia dum manet privilegium potest aliquid secularis in eum esse minister iudicis Ecclesiastici. Si obicit de haeretico, & schismatico, quod non conficitur: quia Sacerdos non offert in persona propria, sed in persona Ecclesie, cuius est minister, hic autem est praecibus ab ea; & huic rationi videtur Magister innoti in litera. Probatur antea dicens per hoc, quod dicit Sacerdos, *Offerimus tibi &c.* non dicit offerere.

Respondet, quod ob actio non pertinet ad rationem consecrationis, nec necessario requiritur, quod offeratur; offerunt enim in hostia non consecrata, & tunc est sacrificium non Sacramentum: sicut Eucharistia consecrata conservata in pixide est Sacramentum, licet non ut ibi fit sacrificium, nisi aptitudinaliter.

Est etiam, quod verum sit, quod oportet quilibet conscientem conficere in sua Ecclesia, bene potest non solum schismaticus, sed etiam haereticus, quod plus est: ponit quod licet haereticus, potest etiam Eucharistiam habere intentionem Ecclesie in conficendo, & hanc intentionem in universali, intendendo, scilicet facere, quod intendit Christus instituit facendum, & quod Ecclesia facit, licet non intendat in speciali, quia credit Eucharistiam nihil valere, sicut dicitur 1. priorem: *Contingit scire omnem malum esse scilicet, & dubitare de hac, & de ista intentione universalis, dictum est satis *dist. 7. 5.* in materia de Baptismo.*

Restat ergo videre secundum membrum, scilicet de posse ordinare consecrere, & ad hoc multa concurrunt; quae tamen omnia possunt reduci ad tria, loquendo de illis, quae non requiruntur ad similitudinem posse, quia vel ista requiruntur ex parte ministris, vel loci, vel temporis. Et secundum hoc sunt tres articuli.

Primo videndum est de requisitis ex parte ministris, ad hoc ut ordinare possit consecrere, supposito quod habeat materiam convenientem, & possit verba proferre cum intentione debita super addita, huiusmodi: ex parte ministris sunt in duplici differentia, quaedam sunt amotionis impediendorum; & quaedam appositionis convenientium, seu idoneorum.

De primo impedimento ejus, quod est ordinare consecrere sunt vel culpa tantum: vel poena tantum; vel nec poena nec culpa. De impedimento culpa quomodo scilicet existens in peccato mortali non potest ordinare consecrere dictum est *distinct. 9. D.* impedimento autem quod nec est culpa, nec poena scilicet cum quis non est jejuniis jejuniis naturae, dictum est *ibidem*. Restat ergo hic praesens videre de impedimento, quod est poena, nulla autem talis poena est naturalis, sive in corpore, sive in anima, quia talis poena non simpliciter impedit, sed tantum poena canonica, vel naturalis, inquantum super eam fundatur poena canonica.

Poenae autem canonicae (ut breviter dicam) est aliqua prohibitio actus exercendi, vel gradus recipiendi, qui alias competeret non prohibito. Huiusmodi autem poenae multae sunt non fundatae super aliquam poenam, vel defectum naturalem: ut degradatio, irregularitas, excommunicatio maior, suspensio ab executione eorum quae sunt ordinis, simonia, infamia, & quaedam alia huiusmodi ad ista reprobabilia, ut simonia potest contineri esse publicum peccatorem, quod continet multa, scilicet publicum fornicarium, publicum usurarium, & huiusmodi. Aliquae autem poenae canonicae fundantur super defectus naturales: non enim voluit ecclesia qualescumque personas defectuosas ministrare in altari: Et merito, quis in veteri lege *Leviti. 21.* ponitur lex homini; qui habuerit maculam, quod non offerret Deo suo panem, nec accedat ad ministerium ejus.

Isti sunt defectus sunt, in quibus esset scandalum nullorum, si taliter defectuosus in naturalibus, ministraret: & rationabiliter sit, quae quocumque sine peccato mortali potest dimitti, vitandum est si ex executione ejus oritur scandalum pusillorum: tale scandalum oriretur, si notabiliter defectuosus in naturalibus, ut mutilati, vel horribili infirmitate infirmi, ut lepra & huiusmodi, ministrarent in altari. Ideo Ecclesia rationabiliter talibus defectibus naturalibus adiunxit poenas canonicae, scilicet prohibitions ministrandi propter reverentiam Sacramenti, & ad vitandum scandalum pusillorum. Et istae prohibitions patent in canone *dist. 25. c. Extra de corpore visitatis*. Requiritur ergo in ordinare conscientie ablato omnium horum impedimentorum, quia habere quodcumque istorum, si consecratur, facit contra prohibitionem Ecclesiae, & per consequens non ordinare. Secun-

dum requisitum ex parte ministris est appositio convenientium, scilicet ornamentorum, ut habetur *de consec. dist. 1. Vestimenta*. Dicitur ibi quod vestimenta Ecclesiae, quibus Deo ministratur, debent esse facta, & honesta, quibus in aliis usibus non debent uti quam in Ecclesiasticis & Deo dignis officiis. Quae autem sint haec indumenta, exponit Inno. de offic. Mille, parte 2. c. 10. *Sunt*, inquit, *sex indumenta communia Episcopis, & Presbyteris, scilicet amictus, alba, circulus, stola, manipulus, & planeta*: in quibusdam tamen locis concludendo obtinuit, quod non oportet circulum benedicti, & sic non apparet, quia liceat uti circulo non benedicti. De his omnibus ex parte ministris, sive in primo membro de requisitis ad simpliciter posse, sive in isto secundo membro de requisitis ex parte ministris ad ordinare posse, si quaeritur, quae poena ministris attentantis? Respondetur, si est mutus, non potest attentare loqui; si non utitur ratione, non potest attentare habere intentionem debitam; si non est Sacerdos & attentat facere ut Sacerdos, non solum peccat mortaliter, & nihil facit, sed irregularis est, ut habetur *Extra de clericis non ordinatis ministrante, cap. 1. c. 2.* & universaliter quicumque exequens, vel attentans actum alicujus ordinis, quem non habet, irregularis est; potest hoc in illo titulo in diversis capitulis. Poena autem ministrantis in quocumque impedimento canonico videtur esse irregularitas, ut patet *Extra de clericis excommunicato vel deposito in diversis capitulis* & hoc maxime, si ministrans sciat talem poenam sibi inflictam. Sed hoc potest distingui de ignorantia juris, vel facti. Ignorantia juris non excusat, quia tenetur ille qui se exponit ad tantum scire jura, secundum quae potest exerceat tantum & talem actum, & ideo talis ignorantia juris non excusat, sed forte magis aggravat. Ignorantia autem facti excusat ut habetur in eodem titulo, *cap. Apostolica*, & hoc nisi facta veridica & publica ibi manifestet, quod sit talis poena implicitus, quod probatur per illud capitulum eodem titulo: *Cum ei non nisi per famam de sententia contra eum lata constaret, peccare non credidit; si divina officia quantumcumque solemniter celebravit*, subditur ibi: *quia in dubiis via tutior est eligenda, si de lata in eum sententia dubitaret, debuisset tamen potius abstinere, quam Sacramenta Ecclesiastica perpetrare*. Et in fine subditur, *Cum eo misericordiam facientes poenam, quam canonibus, qui post excommunicationem divinam praesumpserunt celebrare resistit, non duximus infirmandam*. Ex hoc patet, quod misericorditer relaxat dubitanti poenam, quam incurrit ex canone, qui celebravit divina postquam innotuit sibi per famam de excommunicatione in eum lata. Inter ista tamen impedimenta non includitur minor excommunicatio quo ad hoc, quod poena irregularitatis sequatur; quia est peccat graviter in excommunicatione minori celebrans, nullus tamen irregularitatis notam incurrit, ut habetur eodem *cap. si celebrat*. Verum de simonaco, & peccatore notorio dubium est, sed primum videtur solvi per illud *decc. distinct. 33. Marius*, ubi inter non promovendos nominatur

ille, qui per emptionem ad imitationem Simonis Magi pecuniam obtulit: & 1. qu. 1. *Eor qui*. Papa Gregorius eos omnino simoniacos damnat, ac deponendos auctoritate apostolica cenet: & de hoc dicitur *Extra de simonia in sexta*. & in *Glossa*: ergo ille videtur simpliciter inhabilis propter penam canonicam ad excipiendum actum ordinis, sicut omnino est deiciendus a clero notandus auctoritate adductam. De peccatore autem publico, seu notorio, eorum est quod ante penitentiam peccat mortaliter consuetudo, non datum, quia est in peccato mortali, sed quia scandalizatur. Sed est ne irregularis? Forte non invenitur hic pena in canone sibi inflicta, licet enim prohibetur *distinct. 33. Nullus*, quod nullus audiat, missam praefbyteri, quem indubitanter scit concubinam habere, & ex hoc videtur quod sibi prohibetur celebrare, quia magis attingitur ad cavendum, quam audiens ut non audiat, & per consequens hic celebrat, contra preceptum Ecclesiae. sicut, tam in illa consequentia non est necessitata in peccati, quia poenae non sunt ampliandae, & quandoque prohibetur communicatio cum illo in aliquo actu, ut corrigatur; non tamen insipienter sibi poena irregularitatis, si exerceat istum actum. Idem possit dici de publico usurario etiam manente in peccato ultra. De infami autem, qui tamen poenitentiae de peccato, sed nondum est restitutum in integrum, si celebrando fiat irregularis, non est dicendum quod sic, nisi inveniat in iure canonico. De celebrante autem sine illis ornamentis vel omnibus, vel aliquibus, vel non consecratis, non invenitur in canone poena irregularitatis inflicta: breviter ex quo ista est poena sibi positi, quando non insipienter, non incurritur. Nulla ergo condicio ex parte ministri requiritur, & non observata facit incurtere irregularitatem, nisi defectus sacerdotum, vel alia poena simpliciter prohibens, & removeat ab exercitio sacerdotum, & per consequens sacerdos non prohibetur pro talem poenam, consuetudo non incurrit irregularitatem: nec ergo propter peccatum, nisi sit tale cui annexa sit prohibitio canonica. Nec propter non jejunium, nec propter earentiam ornamentorum debitorum, nec breviter propter quaecunque alia sub praedictis non contenta, incurritur irregularitas.

Sequitur secundum principale, scilicet de requisitis ex parte loci, ubi possunt distinguere locum in locum proprie dictum, & in vai, quod est locus mobilis secundum Aristotel. 4. *Physic.* Ex parte loci proprie dicti, requiritur amotio impedimenti, scilicet quod locus non sit interdicitus, & requiritur appositio convenientis dispositionis, scilicet quod sit sanctificatus. Primum est simpliciter necessarium, quia celebrans in loco interdicitio iacet contra prohibitionem Ecclesiae, & per consequens non ordinate. Secundum est necessarium, nisi casus necessitates occurrat, ut probatur per illud de *consecrat. dist. 1. Sicut*, ubi dicitur. *Non in alio, quam Domino consecratis locis, id est, tabernaculis a Pontificibus delibuitur Missas cantare ac celebrare licet.* Idem patet cap. sequenti, & cap. hic ergo, & cap. sequenti, ubi dicitur, *Nullus praeter Missas celebrare presumat, nisi*

nisi in sacris ab Episcopo locis, qui sui particeps, de cetero, voluerit esse Sacerdotum sed exceptio illa de casu necessitatis, patet ibidem cap. *concedimus*. Casus autem illi sunt isti. Ut si Ecclesiae in patria fuit destruxa. Vel si quis in via penitus non poterit accedere ad aliquam Ecclesiam consecratam, quod regulariter verum est de navigantibus, & ceteris huiusmodi, non enim videtur verisimile, quod observatio illius praeccepti Decalogi. *Sanctifica sabbatum*, (quod praecceptum Ecclesiae interpretata est in hoc, quod est audire Missam die Dominico, de *consecrat. dist. 1. Missas*) voluerit Ecclesiae impedire per aliquod praecceptum minoris obligationis, ut per talem, vel talem locum requirit ad hoc, ut Missa audiatur, cum non debeat quis restringi ab observatione magis necessarii per attentionem ad minus necessarium. Quae autem, vel ubi fuit loca consecrata? Dico, quod regulariter Ecclesiae parochiales, & aliae solennes Collegiate; Oratoria autem, quae dicuntur capellae, non possunt haberi, quae sint consecratae, nisi de licentia Episcopi, ut habetur de *consecrat. distinct. 1.* Unicumque fidelium licet habere oratorium, & ibi orare, Missas autem ibi celebrare non licet, nisi in casibus supra dictis. Oratorium tamen factum facere non licet nisi auctoritate Episcopi, de *consecrat. distinct. 1. Nemo*. Initium etiam loci requiritur ornatus, scilicet lumen, ut dicitur *Extra de celebratione Missae, cap. ultim.* de eo qui sine igne sanctificabat, & aqua, & sequitur: *Mundamus quod officio, & beneficio ipsam privet perpetuo.* De loco autem, mobili sive vase distinctio.

Quod vas remouet est altare, quod debet esse lapideum, de *consecrat. distinct. 1.* Altaria si non sunt lapidea, christianis undione non consecrantur. Vasa propinqua sunt calix, & patena, quae debent esse de auro, vel argenteo, vel ubi pauperes cogit ad minus de stanno, sicut habetur de *consecrat. dist. 1. Calix*. *Calix Domini cum patena si non ex auro omnino, ex argenteo fiat.* Si quis autem cum pauper esset, saltem ut stannum calicem habeat; de *ere autem, aut auribulo non fiat, quia ob vini virtutem argenti, vel rubiginem pariter, & omnium provocat.* Nullus autem in lignis, vel vitreo praesumat Missas celebrare. De vitreo autem rationale est propter eius fragilitatem, non sanguis Domini periculo exponatur: de ligno propter inhibitionem humoris. Ista vasa omnia debent esse consecrata. De altari habetur de *consecrat. distinct. 1. Ecclesia*, & cap. *concedimus*, & *duobus capitulis sequentibus*. Sive autem sit fixum, sicut est communiter in Ecclesiis, sive portabile non est magna difficultas, quia in altari portabili, sive in alio fixo convenit Missas celebrare, ut habetur *Extra de privilegiis, & excessibus privilegiatorum. In his qua ad cultum cum fratribus Minoribus, & Praedicatoribus datus est indulgentium: ut ubicunque fuerint sine Parochialibus praesentibus valeant cum altaribus Missas celebrare.* Quidam nimis stulte interpretando nostram indulgentiam, videntur alterere quod ea praedicti fratres praeter Praetorium assensum facere hoc non possunt: & paulo post. *Cum autem nihil eis conferret indulgentiam*

memorata, sine qua idem Prælati annuentibus liceret, eisdem mandamus, quod interpretatione huius reprobata, dum tamen ab aliis, que juri parochiali prorsus conveniunt, absterneant, datam eisdem licentiam celebrandi etiam auctoritate nostra non differat publicare; ita quod disti fratres ex indulgentia nostra gratiam videantur consecuti, ac Honoris tertius. Si obijciat ex hoc capitulo, quod non licet uti altari Vaticano, nisi ex privilegio. Respondetur, verum est quantum ad usum ejus indifferenter in quocumque loco consecrato, vel non consecrato: sed quantum ad usum ejus in loco consecrato videtur satis esse jus commune, quia ante dedicationem altaris in Ecclesiis quibuscumque communiter celebratur cum altari parvo. Hoc etiam altare fixe fixum, sive mobile & portabile oportet esse non emoveat factum. *Extra de consecr. Ecclesia vel altaris.* Ad hæc si sit altare, ubi dicitur quod si lapis benedictus fuerit immixtus, debet iterum benedici, & cap. quod in dubiis, ibid. Calicem etiam & patenam oportet esse consecratam, ut habetur *Extra ubi supra.* Hæc etiam vasa oportet esse ornata: altare quidem tabule duabus, ubi est non Ecclesia, consecratis; & quod magis præcipuum est corporali de fundone munda. Et oportet quod illud corporale cooperiat ad minus locum calicis & hostiæ, que debent collocari super altare consecratum, sive totum immobile consecratum sit, sive super mobile, ubi requiritur usus ejus. Si queratur que pena sit celebrantis sine istis conditionibus, que dictæ sunt ex parte loci & vasis? Respondeo, in nullo præmissorum incurritur irregularitas, nisi in duobus casibus. Primus si scienter celebrat in loco interdito a iudice, si est pollutus sanguine vel semine, *Extra de consecr. Ecclesia vel altaris.* & in talibus si notorium est, peccatum esse celebrare, non tamen incurritur irregularitas, quia non est a iure inflicta expresse. Si autem privatim est, nec peccatum est, quia nec reconciliatione indiget, *Extra de adul. Significasti.* Si autem interdictum sit a iudice latum contra locum, consecratis ibidem scienter dicitur incurritur irregularitatem, quod probatur per unum capitulum *Extra de clerico excommunicato in aliterante, Posuisti:* & per aliud capitulum *Extra de excessu Prælati. Tanta.* Sed utrumque capitulum bene potest exponi, cum neutrum esse juris expostivum, neque etiam juris positivi responsivum: ut appareat talem esse celebrantem irregularem esse simpliciter; quod patet, exponendo verba illa, que ponderantur de privatione beneficiorum & huiusmodi. In secundo casu, scilicet de defectu calicis idonei dubium est, an propter illud irregularitas incurritur, quia pæna illa depositionis, que habetur *Extra de celebr. Missæ. c. uti.* infigitur propter malitiam, scilicet quis non utebatur calice debito, nec aqua, nec igne. Et ita dubium est, si propter quodcumque istorum separatim debeat infigi depositio, quia ibi omnia concurrunt.

Tertium principale, scilicet ex parte temporis, breviter tenens quod

quod a principio diei usque ad nonam Missa congrue celebratur, non computando principium diei ab ascensu Solis super Horizontem nostrum: sed ab illa hora, ex qua radii solares illuminant hemispherium nostrum, quod dicitur principium auroræ, & incipit secundum auctores in libro de *Præfulsi*, quando Sol est sub Horizonte ad 10. vel 8. gradus; quorum ascensus non continet spatium ultra medietaem horæ æqualis; & quantum unius horæ, & ille terminus celebrandi tunc & non ante, probatur, de *consecr. dist. 1. Nulle sancti matutinis Missæ celebrare presbyteri, & infra, eadem dist. de jejuniis: In sabato sancto circa noctis initium Missarum solemnium celebranda: & ratio est, quia illa pars diei artificialis que est post nonam Sabbati Sancti computatur cum nocte precedente diem Dominicam, unde in benedictione cerei dicitur, hæc nox est, &c. & etiam in oratione dicitur, *Deus qui hæc sacratissimam noctem.* Terminus autem celebrationis, scilicet hora nona colligitur ex consuetudine Ecclesiarum: Scilicet terminus maxime attingitur in diebus jejuniarum, quando regulariter in Ecclesiis collegiatis consuevit citra horam nonam Missa de jejuniis celebrari. Illam autem circumstantiam temporis concomitantur quoddam necessarium ad faciendum tractum temporis in celebratione Missæ ordinata, quæque hora diei artificialis fiat, scilicet legere introitum, orationes, & epistolam, sicut in Missilibus secundum usum Ecclesiæ Romanæ notatur, sine quibus præmissis nullus ordinate consistit, nec forte ad solvendum quis consecret, ut supra tractum est *dist. 8. nisi præmittatur ad minus illa verba, per que significatur se proferre verba consecrationis in persona Christi, non in persona Sacerdotis. Utinam est, quod celebrantem oportet habere aliquem respondentem in persona totius Ecclesiæ, ut denoteret esse mediator inter Deum & Ecclesiam, offerens sacrificium Deo pro Ecclesia, que sibi assistit in offerendo.**

Ad argumenta. Ad primum potest exponi illa glossa verbi Malachie, *qui quæsi a vobis benedicitur*, supple in quantum mali estis: quia mali in quantum huiusmodi adulaudo benedicunt malis, quibus Deus veraciter maledicet; sed in Eucharistia Sacerdos non benedicet in quantum malus, sed in quantum habet in benedicens & consecrando intentionem Ecclesiæ. Ad secundam cum dicitur, nulla ei relinquatur potestas, verum est de potestate ad ordinat exequendum, non autem de potestate ad simpliciter exequendum. Ad tertium, si oblatio Sacramenti in quantum oblatio Sacramenti, habeat efficaciam pro illo, pro quo offertur necesse est concedere, quod oblatio facta a malo æqualem habeat efficaciam, sicut illa que est facta a bono. Sed si multa alia concurrentia in Missa per modum orationis multum faciunt ad efficaciam Missæ (quod videtur probabilis, quia devotio in una illa oratione non multo minus dilata apud Deum a devotione, in quibusdam pertinentibus ad Missam, & devotio acceptatur secundum merita illius, usque est devotio) sequitur quod Missa melioris erit melior, & tamen Sacramentum utrobique est æquale. Si queras quid simpliciter tenendum? Respondeo, nul-

lum bonum recompensat Deus secundum iustitiam retributivam, nisi propter aliquod meritum cui correspondet illud bonum. Istud meritum, quod dicitur esse in celebratione Missæ, ut Missa est, non potest esse meritum abstractum, sicut idem Platonis: ergo oportet, quod sit realiter aliquod meritum: vel ergo totius Ecclesiæ, vel aliquis membri: non est autem totius Ecclesiæ, nisi quia alicuius partis: non est autem partis male: & mortuus in toto, sicut esset partis vivæ, id est existentis, & operantis in charitate: ergo in Missa non est tantum meritum cuiuscunque, quando est mali, sicut quando est boni, & per consequens Deus secundum iustitiam retributivam non habet alicui in Ecclesiæ, nec toti Ecclesiæ recompensare tantum bonum pro illa sicut pro illa. Ad quartum dico, quod iungere est magis commune, & necessarium quam conficere: & magis necessarium, licet sit in se aliquando nobilior, pluribus tamen quandoque competit quam minus nobile, quod est minoris nobilitatis: & ratio est major five communior necessitas: ita est hic, quia Christus expressè docuit se velle sumi in Eucharistia a quolibet Christiano. *Joan. 6. Nisi manducaveritis carnem filii hominis*, & ibi loquitur omnibus, sed consecrationem seu dispensationem voluit ita esse communem, quia non fuit ita necessarium, ut esset communis: possunt enim pauciores dispensare quam suscipere.

Ad quintum dico, quod Laurentius dispensavit sanguinem Christi, ut patet in legenda, quod bene est congruum, quia sanguis non dispensatur nisi in calice, tactus autem calicis conceditur Diacono; sed corpus non dispensatur nisi species panis tangitur: ideo sequens auctoritas de dispensatione corporis a Diacono videtur distinctior.

Ad quam dici potest, quod simpliciter in casu necessitatis conceditur Diacono dispensare corpus Christi, ut dicit auctoritas allegata; sed non sequitur ex hoc, quod possit conficere, quia minus est dispensare quam conficere. Nullo autem modo laico conficere, nec etiam dispensare convenit secundum illud de *confec. dist. 2. peruenit*, ubi dicitur, quod *quidam presbyteri iniquam parvipendunt divina mysteria, ut laico corpus Domini tradant ad deferendum infirmis*: & sequitur, *Interdicti synodus ne talis temeraria presumptio amplius fiat*.

Ratio congrua est, quia sicut ab anima mediante corde derivantur virtutes animæ ad cætera membra, & in corde est principalis sedes (vide 16. de animalibus) & etiam in qualibet politia aclus principales pertinentes ad illam politiam, pertinent ad aliquam personam principalem in illa politia: ita rationale est istum actum conficiendi, & dispensandi Eucharistiam residere apud illum, qui est principalis in Hierarchia Ecclesiastica, huiusmodi autem est Sacerdos; ergo &c.

Confirmatur hoc, quia non minoris reverentiæ, vel auctoritatis est posse super Corpus Christi verum, quam super Corpus Christi mysticum; secundum autem soli Sacerdoti convenit: æque ergo, vel

vel magis propter reverentiæ Corporis Christi veri soli Sacerdotis conveniet auctoritas respectu ipsius conficiendi, & regulariter dispensandi: non enim potest in Ecclesiæ nimis digna persona, nec nimis dignus gradus inveniri ad consecrationem, vel dispensationem istius Sacramenti, in quo veteratur, & realiter continetur: ille qui est Sanctus Sanctorum: cui fit gloria in sæcula sæculorum.

DISTINCT. XIV.

Postquam Magister determinavit de Sacramento Baptismi & Confirmationis, & Eucharistiæ, hic determinat de Sacramento Penitentię: quod est commune Sacramentum post lapsum, quia secundum abul post naufragium est Penitentia secundum Hieronymum. Circa istam distinctionem Decimanonam quartam queritur.

QUESTIO I.

Utrum penitentia necessarii requiratur ad deletionem peccati mortali commissi post Baptismum?

Videtur quod non, quia cessante acta interiori & exteriori cessat esse peccatum: ergo statim sine penitentia deletur. Antecedens patet, quia peccatum non est nisi deordinatio in actu exteriori, vel interiori. Secundo sic homo offensus potest remittere offensum absque hoc quod offensus penitet: ergo multo magis Deus qui est summe misericors: sed remissa offensâ remittitur peccatum: ergo &c. hæc duo argumenta probant, quod non requiritur penitentia ad istam deletionem. Item, quod non valeat ad illam deletionem, probatur primo sic: August. in Homil. super illud *Lucæ 6. Hæc misericors loquens de damnatis dicit: Erit & tunc penitentia, sed tamen infructuosa*: quod probat per illud dñm de damnatis Sap. 5. *Penitentiam agentes*, &c. Si autem dicas quod quandoque homo est in vita ista, valet penitentia ad deletionem peccati, sed non post. Contra hoc est auctoritas Hiero. de *penit. dist. 4.* & ponitur in littera: *Nihil Jude presunt esse penitentiam, per quam scelus emendare non possit*. Item oportet illud; per quod deletur peccatum mortale, esse majus bonum quam peccatum illud sit malum, vel æque bonum: sed penitentia est minus bonum quam peccatum mortale sit malum; ergo &c. Major patet, quia non recompensatur malum nisi per bonum æquale illi, quod tollit. Minor probatur, quia penitentia est bonum finitum: peccatum autem mortale est malum infinitum, quod patet per illud Ansel. *Cur Deus homo lib. 2. cap. 5. tantum malum est peccatum, quantum est qui offenditur, vel in quem committitur*: sed ille est infinitus, quia sibi soli peccat ergo &c. Hæc duo argumenta probant, quod penitentia non valeat ad deletionem peccati mortalis. Oppositum probatur similibus viis quantum: ad primam viam sic: Salvator ait *Luc. 11. Nisi penitentiam egeritis omnes simul peribitis*. Item Hiero.